

*De lecore mergi.*

CAP. L.

Mergi iecur asiccatum & potum ex hydromelite binis cochlearibus , secundas pellit.

*De Veteribus soleis.*

CAP. LI.

**E**X veteribus calceamentis Coria combutantur ac trita & inspersa, ambusta igni, intertrigines, necnon & calceamentorum attritus sanant.

*De Gallinis.*

CAP. LII.

**G**ALLINAS dissectæ & adhuc calentes appositæ, serpentium morsibus auxiliantur: sed in ipsarum locum alias subinde sufficere oportet.

*De Gallinarum cerebro.*

CAP. LIII.

Earum cerebellum in vino bibendum datur, contra venenatarum bestiarum mortus: sanguinis etiamnum eruptiones à cæbri meningè inhibet. Quæ verò in gallinaceo interna ventriculi parte subternitur membrana cornu instar firma ac pellucida, quæque inter coquendum excoriari solet, arefacta tritaque & in vino pota, stomachicis confert. Ius autem pulli simpliciter paratum, potissimè datur ad temperandos prauos vitiososque humores, & iis quibus æstuatos ventriculi. At ius è vetere gallinaceo, datur ad aluum deficiendam. Exemptis porrò interaneis, in eorum locum sal immiten-

mittendus est , demumque consuto ventre gallinaceus in aquæ sextariis xx. discoquendus,dum tres heminae supersint. Totum vero id sub dio refrigeratum exhibetur. Sunt qui marinam brasiliacum, mercuriale, cnicum aut filiculam simul incoquant. Ceterum crudos crassosque , lentes ac viscosos & atros humores educit. Prodest iis quos longæ diurnæque tenent febres, suspiriosis , arthriticis , inflationeque stomachi laborantibus.

*De Ono. CAP. LIII.*

**O**VVM molliculum plus alit quam sibile , itemque durum plus quam molle. Est ipsius luteum contra dolores oculorum utile, tostum cum rosaceo & croco. Sedis autem inflammationibus & condylomatis prodest, addito meliloto. Cum rhois semine aut galla frixum in sartagine & in cibo sumptum, aut etiam per se exhibitum, aluum sistit.

*De Oni candido seu albumine.*

*CAP. LV.*

Crudum oui candidum refrigerat, cutis spiramenta occludit,& oculis infusum, eorum inflammations lenit:ambustis confestim illitum , quominus erumpant pustulae prohibet : faciem à Solis adustione tueretur: cum thure, anacollematis vice fronti indu-

ctum, fluxiones arcet compescitque: oculorum inflammations lana exceptum, additis rosaceo, melle ac vino, mitigat. Quod si crudum sorbeatur, contra hæmorrhoidis serpentis morsus auxiliatur: exiguo verò calore tepens, prodest contra vesicæ rosiones, renum exulcerationem, asperæ arteriæ scabritias, sanguinis reiectiones, destillationes ac thoracis rheumatismos.

*De Cicadiis.* CAP. LVI.

**C**ICADÆ si assatæ edantur, doloribus vesicæ succurrunt.

*De Locustis.* CAP. LVII.

**L**OCVSTAE sufficiunt difficultates vrinæ adiuuant, præsertim quæ foeminas male habent: est autem earum caro inutilis. At quæ locusta asiracos aut onos dicitur, sine pennis est, grandioribus membris dum recens est. Hæc afficcata si ex vino bibatur, contra scorpionis ictus magnopere confert. Ceterum hac eadem abundè vescuntur Afri, qui Leptin incolunt.

*De Ossifrago.* CAP. LVIII.

**V**ENTRICVLVS eius ausi, quem Latini Ossifragum appellant, paulatim potui datus, calculos fertur per vrinam expellere.

*De*

*De Galerita* CAP. LIX.

**G**ALERITA auicula est parua, apicem in vertice paonis modo gestans. Hæc asfa & in cibo sumpta, colicos adiuuat.

*De Hirundine.* CAP. LX.

**H**IRUNDINIS pullos qui primo partu exclusi fuerint si crescente Luna disseccueris, in eorum ventre lapillos inuenies: è quibus duos, vnum quidē colore varium, alterum verò purum & vnicolorem accipies. His priusquam terram attigerint iuuençæ corio aut ceruina pelle inclusis, & brachio aut collo adalligatis comitiales recreabis: plerunque etiam penitus sanitati restitues. Ipsæ verò hirundines in cibo sumptæ, velut & ficedulæ, aciem oculorum exactuant. Tam pullorum quām matrum inolla fictili combustarum cini's cum melle oblitus, oculis claritatem affert: confert & perunctus angina laborantibus: itēmque prodest ad vuæ actonsillarum inflammations. Cæterū & ipsæ & pulli si exiccentur & drachmæ vnius pondere ex aqua bibantur, his succurrunt qui angina conflantur.

*De Ebore.* CAP. LXI.

**E**LEPHANTINI dentis ramentum, vnguium reduuias curat impositum. Vim porro astringendi obtinet.

L. j.